BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh. Seite 94
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek





neccontagium timebat ut homines: sed quia contaminari non poterat. qui alios liberabat
lepra tactu dñi fugarentur quae solebat contaminare tangentem. simulq: illud mirabile
qd eo sanauit genere quo fuerat obsecratus: si uis potes me mundare. Uolo inquit mun
dare. habes uoluntatem. habes etiam pietatis effectum.

Et ipse precepit illi ut nemini dicere.

Quare pcipitur nemini dicere: nisi ut docere non uulgandam nra beneficia: sed pmenda ut
non solum a mercede abstineamus pecuniae: sed etiam gratiae.

Sed uade ostende te sacerdoti et offer pro emundatione tua sicut
precepit moyses in testimonium illis.

Ostendere se sacerdoti iubetur: ut intelleger et sacerdos eum non legis ordine: sed gratiae dī
supra legem. ee. curatum. Offerre aut sacrificium ut ostender et dñs qui legem non soluere
sed implere. qui secundum legem gradiens supra legem sanare eos quos remedia legis non sa
nauerant. Et bene addidit. In testimonium illis. hoc ē si dō credant si impietatis lepra discedat.
qd si quem mouet quomodo dñs mosaicum uideatur approbare sacrificium cum id non receperit
ecclesia. meminerit nondū ee. cepisse sacrificium scm scōrum quod corpus eius ē. Nondū
enim obtulerat in passione holocaustū suum. Non aut opostebat auferre significantia sacrificia
prius quam illud qd significabatur confirmatū ee. contestatione apostolorū pdicantiū et fide
credentium populorum. Quia uero typice uir iste peccatis languidum genus designat huma
nū. Recte non solum lepsus sed et plenus lepra describitur. Omnes enim peccauer et egent gloriā
dī. Illam scilicet ut extenta manus saluatoris. hoc ē incarnato dī uerbo humanāq: contingente
naturam aberroris prisci uariate mundentur. Possint q: cum apostolis audire. Iam uos mun
di estis pp̄t sermonem quem locutus sum uobis. et quidiutius ab hominabiles a populi dī erant
castris secreti. Iam aliquando templo reddi et sacerdoti queant offerri illi utiq: cui dicitur.
Tu es sacerdos in aeternū. Audientes apostolū. Templum enim dī scm ē. qd estis uos. Offerantq: pro emunda
tione sua sicut pcepit moyses. id ē. exibeant corpora sua hostiā placentem scm dō placentem.

Perambulabat aut magis sermo de illo et conueniebant turbe
multae ut audirent et curarentur ab infirmitatibus suis.

Unius pfecta saluatio multas ad dnm cogit turbas. ut enim ipse se exterius interiusq: doceret ee.
sanatum. Nequaquā pceptum beneficium uel ab ipso a quo acceperat iussus tacet. quin potius
ut marcus narrat euangelista functus officio mox egressus coepit pdicare et diffamare sermo
nem. Ita ut iam non posset manifeste in ciuitatē introire: sed foris in desertis locis ee. et conuenie
bant ad eum undiq:. Unde merito quaeritur. quid nā sit qd dñs non nulla quae gessit
abscondi iussit. et nec ad horam potuerunt abscondi. Numquid enim unigenitus filius patri
et spūi scō coaeternus hac in reuelle habuit qd implere non potuit. Sed notandum qd redemp
tor nt pmortale corpus omne qd egit hoc nobis in exemplo actionis pbuit. miraculum